I. N. J.

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA

De

CACHEXIA PITUITOSA,

Quam

CONSENSU & AUCTORITATE

GRATIOSISSIMÆ

FACULTATIS MEDICÆ,

IN ALMA NORICORUM UNIVERSITATE ALTDORFINA

Pro

Summis in ARTE MEDICA Honoribus & PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS ritè capeſſendis,

Publico Eruditorum Examini

ſubmittet

MATTHÆUS CHRISTOPHORUS Schorer/

Memmingâ Suevus.

Ad diem 20. *Septembr.* A. C. 1683.

ALTDORFI,

Typis HENRICI MEYERI, Univerſit. Typographi.

12

PROOEMIUM.

CHyloſin læſam fontem eſſe ſexcentarum ærumnarum calamitatumq; ſymptomata inde ſequentia ut effectus teſtantur. Stomacho enim tanquam Patre familiâs cujus robur Verulamio in Vit. & Mort. operationes. ſuper viſcera ad extruſionem alimenti aſſerente, ad reliquas concoctiones fundamentale eſt, male diſpoſito deficiente, ipſiusq; ratione neglecta, nullo alio modo fieri poteſt, quin & aliæ naturalis Oeconomiæ partes laborent. Si enim chylificatio deficit, alimentum partibus noſtri corporis tam ſolidis quam fluidis neceſſarium detrahitur, hunc autem chyli defectum Laſſitudo, deliquia animi &c. ut umbra corpus ſequuntur. Nunc augetur p. n. quando alimenta larga manu aſſumuntur, ventriculus hæc bene concoquit & ſanguinis generatio & appoſitio ſucci nutritii abundanter conſequuntur, producit periculoſiſſimam illam εὐεξίαν, ſive Gladiatoriam Saginam, ut locum non habeat tandem Sanguis, quo contineatur, ſed metus eſt, ne cum Attilâ Hunnorum Rege animam cum Sanguine evomant inter pocula, uti clariſſimè docet Hippocr. 1. aph. 3. & Gal. orat. ſuaſor. ad art. cap. 6. Nunc Chyloſis depravatur, quanta autem mala hanc ſequantur & à quibus exordiar ipſe neſcio. Multitudo ſane earum tædium gignere videtur; ſtatim enim in ipſo Ventriculo anorexiam vomitum, in inteſtinis colicas paſſiones, tormina, malum hypochondriacum &c. producit, ſi talis chylus vitioſa qualitate imbutus ad Maſſ. Sanguineam defertur, cumq; hac ad nobiliores corporis partes Cor, pulmones, lienem, renes, veſicam aliasq; partes, palpitationes Cordis, tuſſem, aſthma, pleuritidem, peripnevmoniam, calculum, iſchuriam, ſtranguriam, hydropem, cachexiam, tabem, & quis omnia enarrare poſſet mala? producit, imò auſim dicere omnes

ferè morbos chronicos in hac radices agere. Cum autem ex prædi-ctis ex depravata chyloſi malis ortis frequentiſſima etiam ſit Cache-xia, *hujus mali cauſas pervidere & curam ſubjicere, pro ingeni modulo, Diſſertatione Inaugurali conſtitui, quod ut feliciter fiat Summus Archiater adjuvet!*

---

§. I.

Cum duæ ſint Veritatis ideæ, Res & Nomina, teſte *Cle-mente Alexandrino l. 6. Stromat.* meritò horum inveſtiga-tio præmittenda, utpote quod per hanc ad veram rerum no-titiam melius progredi liceat. Dicitur autem Cachexia Græ-cis à κακῶς ἔχειν malè habere, quemadmodum è contrario εὐεξία ſive habitus corporis bonus ab εὖ ἔχειν, bene habere per habitum ἕξιν intelligendo externam & in ſenſus incur-rentem corporis conſtitutionem bonam vel malam, notan-te *Dieterichio Jatreo Hippocr. n. 454.* Homonymia in hoc po-tiſſimum conſiſtit, quod Medici aliquando latius, aliquando ſtrictius Cachexiæ vocabulo uſi ſint; ſub illa comprehen-derunt Icterum, ceu Cachexiam biliosam, item Cachexiam ſcorbuticam & melancholicam, imò & Tabis quandam ſpeciem, uti patet ex *Celſo l. 3. c. 22.* Videatur quoq; *Vir Nobiliſſ. Ampliſſ. Excellentiſſ. ac Experientiſſimus* Dn. Jacobus Pancra-tius Bruno, *Phil. ac Med. D. hujusq; Prof. P. longè celeberrimus & p. t. Fac. Med. Decanus Spectatiſſimus, Patronus & Præceptor omni animi cultu jugiter devenerandus, in Caſtello renovato.* Per hanc verò tantum intellexerunt Pituitoſam, quæ noſtri eſt inſtitu-ti; qua de cauſa addere placuit illud Epitheton; in quâ cru-ditatem maximè peccare ex ſequentibus conſtabit. Synony-ma eſſe poſſunt Malus corporis habitus, vel mala Habitud. &, uti aliquibus videtur, Anaſarca vel Leucophlegmatia quamvis hæc Hydropis ſpecies gradu majori à Cachexia differre potius videatur.

II. Ca

II. Cachexia Pituitoſa eſt habitus corporis p.n. diſcolor laxus & quaſi ſubtumidus à ſero nutritio depravato & ſtagnante productus variisq; ſymptomatibus ſtipatus.

III. Genus ſive formalis ratio noſtræ definitionis eſt habitus corporis p.n. diſcolor & quaſi ſubtumidus. Talis color enim in ipſum viſum cadit, color qui antea floridus erat & roſeus in diſcolorem pallidum & lividum mutatur, Muſculoſarum partium durities & ſoliditas naturalis perit; è contra corpus redditur ſubtumidum & laxum. Ex his itaq; patet cui rerum p. n. claſſi adſcribenda ſit hæc noſtra Cachexia Pituitoſa, Symptomatum nempe & quidē Qualitatum mutatarum: omnia autem hæc cum juxta Inſtitutionum Doctores non immediate à morbo quodam, ſed alio etiam ſymptomate, inprimis actione læſa, dependeant, & noſter affectus talem quoq; cauſam agnoſcet. Hic autem nullam aliam accuſandam eſſe cauſam, quam ipſam nutritionem læſam, ſeu ſucci nutritii vitioſam elaborationem & diſtributionem quilibet videt.

IV. Subjectum noſtri affectus duplex facimus, unum cauſæ, alterum Symptomatis: hoc conſtituunt omnes partes, quibus ſerum nutrimentum & colorem præbet, & inter hos maxime externæ tanquam ſubjecta in viſum incurrentia præcipue quoad colorem mutatæ conſiderandæ veniunt. Ut autem melius in horum notitiam devehamur, pauca quædam de productione colorum in corpore naturali præmittamus. Color cum nihil aliud ſit, quam certa radiorum Lucis à particulis ſuperficiem corporis conſtituentibus incidentium certa reflexio & modificatio. Cutem autem ſedem colorum eſſe, quod extima corporis pars ſit, ab omnibus ſtatuitur, hujus itaq; ſtructuram cum cuticula paulò penitius luſtrabimus. In examine Anatomico ſuperficiei corporis primò conſpiciendam ſeſe præbet cuticula ſeu pelli-

cula ſubtiliſſima, quæ facile ſine omni doloris ſenſu è corpore ſeparatur, innumeraq; ſudoris oſtia valvulis quaſi munita in ſe continet, pellucida eſt non opaca, & ex hoc coloris ſubjectum eſſe nequit. *Poſt* cuticulam in conſpectum venit corpus quoddam reticulare ſimile illi quod in lingua obſervatur, ſeu glandulæ cutaneæ humido nunc viſcoſo limpido ut naturaliter in Europæis; nunc fuliginoſo & opaco ut in Æthiopibus & Nigritis perfuſæ ſunt. Tandem ipſa Cutis ſe ſe ſiſtit, quæ juxta Stenonem ex nervis, arteriis, venis & tendinum fibris conflata quædam pars eſt & juxta Malpighium innumeris nervoſis papillis in exteriore ſuperficie conſtat, quæ baſi ſua cuti inhærent & uti dictum, in cuticulam deſinunt. Ex his itaq; patet, quodnam ſubjectum colorum ſtatuendum ſit, & quidem non fibroſæ corporis partes adeoq; etiam cutis, cum omnes albicantes ſint, hincq; nulla quoad colorem hominum eſſet differentia, omnes enim albo prædìti eſſemus colore, imò etiam Nigritarum fibræ albicantes ſunt, eorum autem nigredo indelebilis. Principium ergò aliud quærendum colores in corpore producens, quod conſtituit liquidum corpus partes iſtas fibroſas perfluens ac tingens. Eſt verò liquidum hoc corpus tùm mucus ille reticulum ſubticulare oblinens, pro vari tinctura; tùm ſanguis in vaſis copiosè per cutim diſperſi contentus, ad quem radii Lucis per cuticulam pellucidam pertingunt, inq; eodem reflectuntur. Prout itaq; liquida hæc ſe ſe habent, ita etiam color in corpore variat. Si ſuccus fuliginoſus opacus, qui lucis radios abſorbet (ab hoc enim principio nigredinem deducunt) triſtis, nigredo ut in Æthiopibus oritur; ſi mucus albicans & lymphicus exiſtat ſanguis ob Sulphur exaltatum in vaſis capillaribus rutilet, cand ex rubedine mixtus in corpore conſpicuus eſt. E cont ſi M. ſanguinea bilioſis ſcatet excrementis, tota ſuperfici

corp

:orporis tali flaveſcente colore, qualis in Ictero obſervatur, ingitur. In noſtro autem affectu cum oleoſæ balſamicæ ulphureæ rutilantes ſanguinis particulæ depreſſæ, è contra rudis pituitoſis particulis referta ſit M. ſanguinea, neceſſariò pallor in corpore exſurgit.

V. Cauſæ ſubjectum ſunt viſcera chylificationi, ſanguifiationi & lymphæ ſecretioni dicata, maximè autem hic Venriculus, fermentum ejus & ex hoc dependens chylificatio ttendi meretur, hujus enim chylificationis puta vitia non orrigi in ſecunda multo minus in tertia coctione aſſertũ veus eſt. Fermentum, quod in ſtatu naturali ſummè activum, olatile, ſpirituoſum, aſſumta in ſubſtantiam volatilem chyoſam transmutat, hic minus activum aſſumta non in volalem ſubſtantiam transmutat; ſed in paſtam crudam viſciam, uno nomine pituitoſam, unde talis chylus vitioſus viioſam ſuppeditat lympham, hæc autem omnium in corpo: noſtro oberrantium humorum fundamentum & radix abetur, talisq; chylus vitioſus ad M. ſanguineam delatus, ujus particulæ activæ, fermentativæ, ab his viſcidis chyloſ involvuntur, hinc fermentatio perit, & neceſſariò crutas humorum ſequitur. Nec glandulæ ſecernicula illa & verticula ſeri præſertim autem intercutaneæ, in quibus oc malum hærere videtur, ab hoc malo excuſandæ videnur, dum ſerum minus rite perficiendo depurando & per exetoria vaſcula è corpore eliminando, ſed ſcirrheſcentia, dutie, laxitate, occalleſcentia vel alio vitio inducto, huic malo cile & ſæpiſſimè anſam dant.

VI. Nunc ad cauſarum ſcrutinium devolvimur, in quo primo offert Cauſa dicta immediata ſeu proxima, quæ in arte aliqua poſita depravatam hanc nutritionem infert. t autem in ſtatu naturali nutritionis cauſa ſerum ſecundum aturam conſtitutum, ita in ſtatu præter naturali, præter natura-

turaliter conſtitutum accuſandum venit. Nutritio quidem à variis læditur cauſis: vitium enim nunc hæret in formaliter nutriente, Spiritibus ſcilicet animalibus, nunc in partibus nutriendis, nunc in nutrimento; in omni autem Cachexia cum ad minimum horum unum ex his vitiatum ſit, non dubitandum vitium in ipſa nutritionis materia ſeu nutrimento primario hærere, id quod omnia phænomena in hoc morbo apparentia, cauſæ hunc inducentes &c. clare demonſtrant. Nutrimentum autem in ſtatu naturali cum fluidum oleoſum balſamicum ſit, hic nimis crudum viſcidum eſt, in glandulis ſubcutaneis ſtagnat, hinc aliter fieri non poteſt, quin talis livor & pallor habitusq; ſubtumidus in corpore exſurgat. Tota enim *Maſſa* ſanguinea ſero tali viſcido crudo referta fermentare nequit; Sanguinis autem motu fermentativo læſo neceſſariò quoq; ejus localis ſeu circularis læditur, hinc non tam commodè per vaſa præſertim autem capillaria trajicitur, ut enim rite ſe habente ſanguinis motu circulari exaltatio particularum ſulphurearum ſalinarum è particulis ligantibus phlegmaticis terreſtribus multum promovetur, ita hoc quoq; imminuto, activæ ſubiguntur, coëunt, craſſeſcunt, præſertim in locis à caloris fonte remotis, & ubi ordinarie localis ſanguinis motus propter vaſorum anguſtiam debilior eſt, hinc ſtagnat & ex hac ſtagnatione colorem ſuum prodit & ex majori tandem accumulatione talis habitus ſubtumidus corpori infertur.

VII. Cauſam immediatam ſuſcipit mediata, qualis illa ſtatuenda ex immediata patet: cum enim ſanguis & ſerum crudum nimis & viſcidum in cauſa ſint, hæc autem teſtentur de elaboratione & chylificatione læſa, quippe qualis chylificatio, talis chylus, qualis chylus, talis ſanguis, qualis ſanguis, tales in corpore noſtro actiones, ut verbis u[illegible] *Viri Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Excellentiſſimi ac Experientiſſ[illegible]*

I

Dn. Mauricii Hoffmanni, *Med. Doct. Chirurg. ac Botanic. in hac alma Profeſſ. Publ. Primarii longè celeberrimi, Potentiſſ. Electoris & Sereniſſ. Marchionum Brandenburg. & Inclytæ Reipubl. Noricæ Archiatri, Domini Patroni ac Præceptoris ad vitæ dies colendi,* toties nobis *in lectionibus* inculcatis; Dum nempe alimenta in Ventriculo non fermentantur nec volatiliſantur, ſed in paſtam crudam degenerant, id quod fit, dum Spiritus Animales maximam activitatem Ventriculi fermento fœnerantes ex Ventriculo retrocedunt & quaſi repelluntur in terrore, hoc modo felix hujus morbi initium faciente, vel cum dicti Spiritus Animales non influunt in mœrore & triſtitia, hinc minus rectè fermentatio naturalis procedit, vel dum obruuntur ab asſumtis quantitate vel qualitate peccantibus, vel etiam dum fermentum Ventriculi colliquativum à copioſiore Spiritus Vini ingurgitatione factum, frequentiſſime enim hujus potatores in hoc malum incurrere videntur. Non rarò quoq; affectus noſtri cauſa proxima exiſtunt & cachexiam inducunt evacuationes Sanguinis insigniores, quatenus per has evacuationes Maſſa ſanguinea particulis ſpirituoſis activis, ſalinis Volatilibus orbatur, & particulæ, quæ in ſupplementum harum abire aptæ natæ erant, auferuntur, hinc Spiritus Animales non in tanta quantitate generantur, quanta ad ſecretionem lymphæ, volatiliſationem & fermentationem Sanguinis requiritur; talem cachexiam ex nimio menſium fluxu ortam obſervavit *Foreſtus Lib. IX. obſ. 26.* Eadem ratione hæmorrhagias nimias & frequentes phlebotomias inconſideratius inſtitutas malum hoc ſæpius induxiſſe Practici teſtantur; imò huc quoq; referri poſſunt illi, qui poſt morbos diuturnos & graviores, ut poſt febres intermittentes, continuas malignas in cachexiam incidunt, quatenus his vires deſtruuntur & portiones vitales abſumuntur. Non rarò quoq; affectus noſtri cauſa

B proxi-

proxima exiſtunt particulæ ſeroſæ, excrementitiæ, quæ ex Maſſa ſanguinea eliminari debebant, retentæ; uti fit à Tranſpiratione prohibita, ſuppreſſione urinæ, omnium autem maximè & frequentiſſimè ex obſtructione menſium Virgines in chloroſin incidere experientia quotidiana docet; quanquam non rarò obſtructio menſium cachexiam ſequatur, tamen etiam in juvenculis, quæ menſes nondum ſunt expertæ, & vaſa præter naturaliter ex ſcirrhis, tuberculis, pororum nimia ſtrictura &c. habent occluſa, exitum licet affectet, non invenire tamen poteſt Sanguis, ſed regurgitare cogatur, mali hujus author exiſtit.

VIII. Inter cauſas remotiores eſt Temperamentum ſeroſum humidum & frigidum, quod malum ipſum quaſ dicit, levi tamen accedente diætæ errore in malum tanden degenerat. Mulieres etiam præ Viris huic affectui obnoxiæ videntur, quatenus non tantùm temperamenti ſun frigidioris & vitam agunt ſedentariam, felicem obſtructio num & corruptionum humorum matrem, ſed & ex ſol menſium fluxu præternaturaliter habito, nunc exceden te nunc deficiente, in hunc affectum ſæpiſſimè incurrun Tandem & Senes aliquando ad hoc malum diſpoſiti fiun quod paradoxum ferè videtur, cum communiter ſiccior præ ætate media ſtatuuntur, ſed quia otioſam nimis & ſe dentariam agunt vitam, imò ſæpe potui & inprimis Vi ſpiritus uſui indulgeant, chylificatio facilè in iis læditur.

IX. In rerum non naturalium claſſe Aëri primus eſt l cus, quem diverſimode conſtitutum & hujus inæqualit tem datam inæqualis & diverſus ſequitur effectus. Acc ſatur cumprimis in noſtro affectu frigidus & humidus, il quidem dum inſpiratione in pulmones & conſortium Sa guinis admiſſus, tum corpori circumfuſus & poris illapſ ſanguinem ſubcuticularem concentrat, præprimis aute

aci

acido ſuo occulto, (quod tempore hyemali aëri ineſſe plurima phænomena teſtantur) coagulat & præcipitat, non aliter ac ab alio acido ſanguini commiſſo hoc contingere toto die videmus. Hic autem Serum coacervando & minus difflando, quatenus preſſura ſua nimia utrumq; ſanguinis motum circularem & fermentativum valde impedit, hinc craſſities ac cohæſio humorum promte conſequitur. Nec ipſius aëris exceſſiva caliditas in æſtate & diebus canicularibus hic excludenda eſt, Spiritus ſiquidem tunc temporis ex nimio calore per ſudorem è corpore diſſipantur, hinc non tantùm ſerum fluxile asſumitur, reliquum ſpiſſeſcit, ſed & ex jactura ſpirituum chylificatio & ſanguificatio læditur, quod debilitas virium & appetitus tunc temporis proſtratus clare teſtantur.

X. Cibus & Potus quantum valeant ad affectum hunc producendum, Authores teſtantur, præprimis autem quantitate, qualitate & vario asſumendi modo ac ordine læſo pituitam in corpore noſtro congerere poſſunt. Si enim copioſiùs ingeruntur, Ventriculus nimium repletur, & hinc digeſtio nullum locum habet, imò unumquodq; menſtruum fermentativum requirit proportionem debitam, nimium enim ſolvere ſufficienter nequit menſtruum; ita & ventriculi fermentum copioſiùs asſumta nec ſufficienter ſolvere nec convenienter volatiliſare poteſt, neceſſe ergo eſt, ut remaneat paſta cruda viſcida acida, quæ ſanguini communicata affectum noſtrum pedisſequum habet. Et qualia ſunt asſumta, talis eſtiam eſt chylus, hinc jurulenta lacticinia, pultacea, farinacea, leguminoſa, & alia hujus commatis minus firmum præbent alimentum, ventriculi robur adimunt, ob viſcoſitatem & tenacitatem minus reſolubilia fermenti activitatem infringunt, ejusq; partes ſpirituoſas Volatiles obtundunt & enervant, ex quo cruditates in Sanguine

guine poſtmodum cumulantur, particulæ ſeroſæ in nutri
mentum ceſſuræ degenerant & ad asſimulandum inepta
redduntur. Caſeus, fructus horarii, ſalſa, pinguia vario mo
do concurrentia, piſces muriâ conditi, fumo exſiccati, ven
triculo negotium faciunt, non reſolvuntur ſufficienter, ſe
crudior indigeſta moles Sanguini infertur. Par ratio e
potulentorum in nimia quantitate ingeſtorum: nam dilu
unt fermentum, fluctuationem in Ventriculo faciunt, & ſi
impediunt legitimam fermentationem, imò Stomachi to
num lædunt, fibrillas ejus flaccidas reddunt, ut digeſta no
adeò commodè poſſint expelli, hinc nimis diu in Ventricu
lo detenta, in varia vitia abeunt; Verbo: omnia aliment
crudiora & exceſſivæ humidæ qualitatis inſigne pondus af
fectui noſtro addunt.

XI. Somnus quidem malorum omnium medicina di
citur Achilli Tatio & Leucipp. exceſſivus autem etiam ſym
bolum ſuum huic affectui addit, quatenus colluviem ſero
ſam auget in coagulum; & quilibet ferè in ſe ipſo, qui à paſt
ſtatim ſomno induget, inſignem laſſitudinem & pondu
grave pectori quaſi ſuccumbens ſentit, certum cruditatum
indicium.

XII. Nec minimum momentum confert Quies & Motus
Uti in omnibus medium optimum, ita quoq; ſi legitim
modo & tempore fiant, multum ad ſanitatem conferunt
Contrario verò modo multum ad producendum hunc af
fectum conferunt. Immoderata namq; quies & otioſa vit
humores incraſſant, poros ac vias ſubtiliores obſtruun
Motus autem inordinatus ac poſt cibum ſtatim inſtitutu
chylificationis opus impedit chymum crudum & ſemico
ctum in vaſa præcipitat maſſamq; ſanguineam crudan
reddit.

XIII. Nec Animi affectus ſuâ carent culpâ, præprim

ver

erò ex his terror, triſtitia, mœror, & alia pathemata motum
pirituum & ſanguinis turbantia, quorum mentionem &
. 7. fecimus, huc faciunt. Videmus enim illos, qui à curis
nimiq; affectibus liberi degunt, vitam longævam maxi-
nèq; ſalubrem agere, è contra ſtudiis, meditationibus & co-
itationibus continuò litantes valdè morboſos eſſe; imò ex
olo mœrore & deſiderio deſideratæ cujusdam perſonæ
Virgines cachexiam ſibi induxiſſe & inducere obſervatio-
es Medicorum docent. Excreta & Retenta malo huic de-
iq; manum porrigunt, ſi ea, quæ è corpore eliminari de-
ent, retinentur, & viceverſa.

XIV. Differentia cachexiæ noſtræ ſumitur (1) à genere
pſo: alia enim eſt levis & incipiens, alia inveterata; alia
æreditaria & congenita, alia acquiſita. (2) à ſubjecto,
lia eſt univerſalis & totius corporis, alia particularis &
nius tantùm partis. (3) à cauſa: nunc enim oritur ex læſa
hylificatione, quæ itidem varias cognoſcit cauſas, nunc
x inſigniori ſanguinis evacuatione, nunc ex retentione par-
cularum excrementitiarum, quæ autem omnia *§. 7.* enu-
nerata ſunt.

XV. Signa quærentibus facile ſe ſiſtunt, præter cutis
nutatum colorem, maxime faciei & palpebrarū tumor ad-
ſt, ob ſanguinem ſeroſiorem ibi, quia illæ partes præ aliis
rigori inclementiæq; aëris expoſitæ ſunt, ſtagnantem;
ec infrequentes tumores quoque ſunt in pedibus circa
nalleolos ob circulationem ſanguinis impeditam. In ple-
isq; Reſpiratio difficilis adeſt, & eò magis augetur, quò
nagis corpus movetur, præſertim in aſcenſu, hocq; fit, dum
Maſſa Sanguinea crudior & viſcoſa aucto cordis motu per
notum corporis non tàm commodè per pulmones trajici-
ur, ſed ſubſiſtens veſiculas pulmonales comprimit, & ita
ufficiens aëris denegatur ingreſſus. Cephalalgia in non-

 nullis

nullis quoq; adeſt ob idem ſerum crudum membranas diſtendens. In Ventriculo adeſt anorexia ob fermentum muco crudo viſcido obrutum. Lipothymia & Palpitatio non infrequentes quoque in noſtro affectu videntur, nullam ob aliam cauſam, quam à craſſitie lymphæ & ſanguinis congrumeſcentia contingere. Urina, ut in omnibus morbis ſic dictis frigidis à pituita ortis, aquea & tenuis & in noſtro affectu conſpicitur.

XVI. Prognoſis hisce brevibus comprehendi poteſt. Cachexia abſolutè lethalis dicenda non eſt, dum nimirum adhuc recens, ſed periculum non leve in receſſu gerit, hanc enim innumera vitia conſequuntur, obſtructiones viſcerum, aſthmata, præcipuè autem hydrops, cum quò tandem recto tramite ad mortem pergit.

XVII. Omnibus igitur remotis ambagibus accingimur ad Curationem, quæ abſolvitur methodo medendi, & præſidiorum materia. Methodus medendi præcipuè nititur indicationibus, quæ hic potiſſimum duæ ſunt, 1. ut digeſtio quæ frequentiſſima eſt cauſa, emendetur; & cruditas ſanguinis jam data corrigatur.

XVIII. His indicationibus ex triplici fonte Chirurgico, Pharmaceutico & Diætetico ſatisfit. In Chirurgico fonte primo ſe offert Venæſectio, quæ pro varietate cauſarum nunc adhibenda, nunc prohibenda. Si malum à digeſtione Ventriculi læſa minimè in uſum vocanda, exinde enim major ſpirituum ſtrages maliq; exacerbatio timenda. Si verò malum hoc ortum debet evacuationi ſanguinis conſuetæ ſuppreſſæ, præcipuè verò Menſium, tunc omninò in uſum vocari poteſt ac debet, in hac nullum ſub ſole utilius eſſe remedium, dicit *Excell. Dn. D. Wedelius Diſſert. de Venæſe[ctione]* *c. 3.* In eodem fonte, quoq; ſe ſe offerunt Frictiones, quæ utiliter etiam huc adhiberi poſſunt: his enim pori aperiun-

tu

tur, ſerumq; ſtagnans calore exſuſcitato & tranſpiratione aucta felicius diſſipatur.

XIX. In Fonte Pharmaceutico offerunt ſe Evacuantia, per alvum, vomitum, ſudorem, urinam. Inter hæc primo loco ſunt Lenientia dicta, quæ ut in omnibus ferè morbis, ita hic quoq; locum habent. Cumq; primas vias blandè expediant & abſtergant collectas ſordes, aditum cœteris medicamentis procurant faciliorem, etiamſi minorum gentium Dii ſint. Commendantur præcipuè Pruna & Paſſulæ laxativæ cum fol. ſenn. rhabarb. & aliis decoctæ & fermentatæ, item aloëtica, ut Pil. Francofurt. Glaſſianæ, & aliæ, quæ exaltari & acui poſſunt fortioribus, v. g.

℞. *MP. aloëtic.* ʒß.
Reſin. gialap. ℈ß.
⊕li ♂tis gr. v.
Ol. cort. aurant. gutt. ij. M. F.
c. Elix. P. P. l. a. Pilulæ minores num. LX.
S. Laxir-Pillen auf etlich mahl.

Purgantia, quæ initio lenia adhibeantur ac interpoſitis una vel altera via aperientibus vulgò digeſtivis dictis, qualia ſunt Tinct. mart. cydoniat. Tinct. tartar. cryſtalli & cremor tartari, Tartarus vitriolatus, &c. etiam fortiora in uſum vocari poſſunt, excluduntur autem omnia violentiora, quæ malum potius exaſperant, quam tollunt. Inter purgantia quoq; extollitur Mercurius dulcis, qui quidem non tàm purgans, quàm alterans eſt, particulis enim Mercurialibus ſalinis volatilibus pituitam incidendo & liquando à corpore educit, datur plerumq; cum ſtimulante è regno Vegetabili v. g.

℞. Ex-

℞. *Extract. Panchymagog. Crollii*
☿ *dulc. vit. præparat.* ãã. gr. xv.
Extract. trochiſc. alhandal. gr. ij.
c. ſ. q. rob. Paſſular. l. Syr. de abſinth.
M. F. l. a. Pil. S. Laxir-Pillen auf einmahl.

Vomitoria tùm præſervando, tùm curando ſalutarem præ-ſtant operam, materiam pituitoſam in Ventriculo hæren-tem citò eliminant, præſertim autem, ubi appetitus pro-ſtratus, conducunt. Materiam horum triplex regnum ſup-peditat, palmam autem omnibus reliquis præripiunt Anti-moniata, ut Mercurius vitæ, præſertim autem Tartar. Eme-ticus, cum ſale alcalico ad meliorem operationem permix-tus v. g.

℞. *Tart. Emet.* gr. ij.
Tart. ⊖lat. g. viij.
Elæoſacch. Citr. gr. ij.
M. F. pulv. S. Brech-Pulver.

Poſt Vomitoria inter Evacuantia ſunt Diuretica, & cert-hic laudem non parvam merentur Diuretica, dum ſerun-peccans reſolvendo per renes evacuant: materiam præ-bent omnia ſalia alcaliſata, ut ſal artemiſ. Ononid. Arcan-duplic. Mynſicht. it. Salia volatilia, ut ſuccini, urinæ, ſal tar-volatile: it. abſorbentia, ut oc. ♋. lap. Nephrit. &c. ex h-autem facilè concinnari poſſunt formulæ; unicam hic ap-ponere placet:

℞. *Lap.* ♋.
Tart. ⊖lat.
⊖ *Anonid.* ãã. ℈ß.
M. F. pulv. S. Eröffnendes Saltz.

Tandem inter evacuantia etiam ſunt Diaphoretica, qu-quaſi ſpecifica & appropriata in hoc affectu ſunt, cauſa-
en-

enim immediatam in vaſculis & glandulis ſubcutaneis hæ-
rentem è corpore educunt; talia ſunt omnia -Ω-tuoſa mul-
to ⊖le volatili pollentia, qualia ſunt Spir. tartar. volatil.
theriacal. C. C. eboris, fulig. urinæ, &c. Tinct. bezoard.
Wedèlii, *Michaëlis*: item abſorbentia ut ♁, diaph. bezoard.
mineral. ♂ial. Cinnab. ♁ ii, nativa. Sufficiat ex his unicam
formulam componere:

℞. *Tinct. bezoard. Dn. D. Wed.*
Eſſent. Lignor. ãã. ℨj. **M. D.**
S. Köſtliche Bezoar-Tinctur. ſumatur.

XX. Nunc etiam conſideranda veniunt ipſa Specifica ſeu alterantia, ubi monendum, hæc hic loci duplicis eſſe generis, Stomachica nempe & Aperientia Veteribus dicta Hepatica, (ab hepate enim obſtructo noſtrum affectum oriri putabant) quæ tamen ferè in modo agendi coincidunt. Inter Stomachica excellunt ⊖ina præſertim alcalia, quæ pituitam in Ventriculo hærentem incidunt, attenuant, reſolvunt, ut ſunt Arcanum Tartari, Tartarus ⊕latus, ⊖ia alcalizata ex cineribus parata, Cremor & cryſtalli tartari, Tinctura tartari; item aromatica multo ⊖le Volatili oleoſo imprægnata & præ omnibus, Galang. Zedoar. Cinam. Zingiber. De hoc refert *Platerus*, Pontificios poſt jejunii quadrageſimalis tempus cruditates ex piſcium eſu collectas optimè cujus uſu corrigere & nata inde mala avertere. Ex his conjunctis ⊖inis & aromaticis exſurgunt varia compoſita Stomachica, Elixiria, Eſſentiæ, Extracta, Pulveres, qualis eſt Pulvis Stomachicus *B. Dn. D. Michaëlis* &c. Aperientia hic ſunt omnia ea, quæ particulis acutis, penetrantibus volatilibus -Ω-tuoſis conſtant, vel etiam terrea alcalina, abſorbentia acidum humores figens coagulationemq; inducens, quo abſorpto humoribus, præſertim autem lymphæ, motus

C natu-

naturalis iterum reſtituitur. Talia ſunt ex Vegetabilibus rad ari, acori, herb. abſinth. cent. min. & plantæ anti ſcorbuticæ omnes ⊖e volatili acri pollentes, Cochlear. naſturt. Ex præparatis Elix. P. P. ſimpl. & antiſcorbut. Eſſent. abſynth fumar. ⊖ia herbarum, item Volat. rutæ, ſuccini &c. Nullis autem hisce cedunt ex omnium verè commendatione ♂tialia, ejusmodi ſunt Limatura ♂tis cruda ſubtiliſſimè pulveriſata, hujus uſum feliciſſimum in deſperato hypochondriaco recenſet *Excell. Dn. D. Wedel. Pharm. in A. F redact. pag. 114.* hoc tamen obſervetur, ut non niſi ventriculo robuſto & cum regimine præſcribatur. Croci ♂tis. Tinctura ♂tis pomata. Eſſent. Vitrol. ♂tis *Excell. Dn. D. Wedelii* &c. ♁ ♂tiale Cachecticum præprimis commendatur, quod deſcribitur in *Ludovici Pharmacia p. 330. & Miſcell. Acad. Nat. Curioſ. anno VIII. p. 108.* Ex his variæ concinnari poſſunt formulæ v. g.

℞. *Elix. P. P. antiſcorbut.*
Tinct. ♂tis abſynth. āā. ℥j.
M. *de hac ſingulo mane aliquot guttæ in vehiculo appropriato ſumi queunt.*

℞. *Pulv. Stomach. Quercet.* ℥j.
Croc. ♂ ⊕lat. ℨß.
♁ *Diaph.* ℈j.
Ol. Cinam. gutt. ij.
M. F. *pulvis pro 4. doſ. in chartis diſtinctis.*
S. Stärck- und eröffnend Pülverlein.

Vina & cereviſiæ medicatæ hic apprimè conveniunt, cum contumacia morbi longiorem medicamentorum uſum deſideret. Et quidem vina conficiuntur diverſimode, aliquando muſto infunduntur herbæ & una fermentantur; aliquando pro usûs neceſſitate, majore vel minore quantitate ex vino jam defœcato conficiuntur. *XXI.* Ha

XXI. Hactenus fuit curatio affectus noſtri è chylifica-
tione læſa orti, ut frequentiſſimi; ſi malum ortum debet
nimiæ evacuationi ſanguinis, Maſſa ſanguinea reſtauranda
potu generoſiori, & aliis ♎tus Vitales generantibus & con-
fortantibus. Si ex obſtructione Menſium, tunc huic affe-
ctui propria propinanda, præſertim hic inſtar omnium fa-
cit Eſſentia Caſtorei cum ♎)(ci ſuccinato parata; Et ſic
pro varietate cauſarum & indicationum varia propinanda,
empus enim non permittit omnia hic recenſere: præcipuè
namq; ſolliciti fuimus Cachexiam è chyloſi depravata or-
am pertractare.

XXII. Non ſatis eſt effato Hippocratico, Medicum
uum feciſſe officium, niſi ſuum quoq; faciat æger & ad-
antes. In primis ægroto accurata diæta eſt obſervanda.
ëer igitur eligatur purus, ſerenus, temperatus, magis qui
d caliditatem, quàm frigiditatem inclinat. Cibus & Po-
is ratione quantitatis aſſumatur, quantum Ventriculus
erferre valet; nunquam cibis ſatiari optima medicina eſt:
apula cruditatum Mater ſedulò vitanda: ratione qualita-
s eligantur cibi εὔχυμοι & εὔπεπτοι; Vitentur fructus ho-
rii, craſſiora, flatulenta, concoctu difficiliora. Potus ſit
revisia bene defœcata, lupulo benè condita. Vinum
m bonæ notæ, Rhenanum, ſtomachum enim egregiè
borat, cruditatesq; corrigit.

In Motu & Quiete mediocritatis leges obſervare con-
nit.

Somni & Vigiliarum uſum Poëta ſequenti Diſticho
nprehendit:

Et dormire bonum & vigilare, ſed utraq; quamvis
Optima; ſi fuerint immoderata, nocent.

imi pathemata ſingula temperanda: mœror, triſtitia,
idia præprimis vitanda.

Et

Et hæc ſunt, LECTOR BENEVOLE, quæ de hoc affectu conſcribere animus fuit; ſi non omnia ad amuſſim elaborata, id temporis penuriæ ob inſtans iter adſcribe.

DEO verò Ter Optimo Maximo pro conceſſis viribus

SIT LAUS, HONOR & GLORIA.

Pœonii SCHORERE Chori Spes fulgida, felix
Acer & ad metam dum properas ſtudii,
Quidq; Cachexia ſit verè, ejusdemq́; medelam
Curatam egregiè diſſeris atq; doces,
Inde Tui ingenii conſtans Evexia lucet,
Quod valeas multo robore judicii.
Euge! ægris ergò fer opem bonitate medendi,
Illis ut redeat, quæ fuit ante, Salus;
Sic Tua Laus ſurget, parili revireſcere clarus
Arte Parens in Te ſic-poterit-q́; Tuus.

De felici Clariſſimi DN. CANDIDATI, *veſtigiis B. Dn. Parentis ſui in Arte Machaoniâ gnaviter inſiſtentis, ſtudiorum cataſtrophe gratulatus* δὲ πραξίαν *poſthac Medicam* προθύμως *apprecatur*

JACOBUS PANCRATIUS BRUN[illegible]
Philoſ. ac Med. D. hujusq́; Prof. Pu[illegible]
& h. t. Decanus.

:(o):